

I N D E X

V ERBUM DEI. <i>Conciones. Concionatores &c.</i>	368
<i>VESTES, Luxus, & immodestia vestium, indumentorum, ornatuum &c.</i>	396
V IGILANTIA <i>Christiana. In offiis suis obeundis cura &c.</i>	419
V OCATIO AD VITÆ STATUM. <i>Hujus electio faciendæ. Deus hac in re consulendus: ejus auxilium, & lumina imploranda.</i>	431

Z

Z ELUS SALUTIS PROXIMI. <i>Zelus falsus, & verus. Apostoli, Apostolicique viri. Cura, & desiderium salutis animarum.</i>	452
---	-----



FRANCISCI METTERIO
VALVEDUE Y TELLEZ

BIBLIO.

RECIDIVA
BIBLIOTHECA
CONCIONATORIA.

RECIDIVA:

Relapsus in crimen, Pericula, quibus obicit Peccatorem; inde emergendi difficultas, &c.

MONITUM.

Argumentum Recidivæ in ea crimina, ex quibus aliquando per penitentiam resurreximus jam de suggestibus vulgo trahari capis, & pauci sunt Concionatores, qui hac de re, quæ summi profecto momenti est, aliquam non habeant concionem. Non video tamen, Sanctos Patres crebro de hoc fuisse locutos, qui inter ea mala, quæ scelus hoc gignit, unice fere immorati sunt circa prævum habitum, qui ex repetitis sceleribus contrahitur, & difficultatem hunc abjiciendi, quoniam hæc reciproce sunt sibi met causa, & effectus. Quæ si quis una eademque concione complecti velit, consulere poterit ea, quæ de singulis bisce argumentis a nobis allata fuerunt. Argumentum hoc, si vite pertractetur, in peccatoris animo validam efficere potest impressionem, eumque cogere, ut respiciat; cavendum tamen ne quid plus æquo amplificetur. & ne absoluta vocetur impossibilitas ex hoc statu emergendi; quæ moralis tantum est, maxima videlicet difficultas. Similiter ut quis audeat asserere, peccata jam per penitentiam dimissa iterum reviviscere, quod omnino falsum est, atque divina misericordie contumeliosum, cujus dona penitentiam non admittunt, & contra unanimum Theologorum sententiam: sed quibuscumque repositis exaggerationibus frequens recidiva alios habet longe plures funestos exitus, alioque periculosos effectus, propter quos est metuenda. Hic autem colligere conabimur quidquid eloquentiores Concionatores, Doctoresque insigniores dixerunt.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structura.

Pro Concionis argumento ostendi potest: Salutem illius, qui in eadem gravia, & mortalia scelera sæpe labitur, moraliter esse impossibilem: 1. ex parte peccatoris relabentis: 2. ex parte Dei, cujus patientia delassatur, & qui peccatorem tandem derelinquit.

1. Salus quodammodo fit impossibilis ex parte peccatoris, qui 1. nulla re amplius afficitur, & quem nihil post plures lapsus ultra convertere potest. Et sane post primum scelus ascetici libri lectio, patheticus sermo vividam efficiebant in animo illius impressionem, atque in corde illius sinceram excitabant penitentiam: ad vivum conscientie stimulis urebatur, cumque nondum obrutus esset peccati pondere, omnes exerebat nilus, ut aliquando confurgeret. Dici potest tunc in violento statu fuisse, ubi requie frui, & diu in pace permanere non poterat. Ubi primum sese offerebat occasio ad Confessarii pedes provolutus gestiebat illud onus abjicere, quod ægre ferebat. Sed postquam iteratis lapsibus cum peccato inivit familiaritatem, ejusque habitum induit, monstrum hoc illum non terret amplius; cumque illius metum abjecerit, non perhorrescit ut olim ejus consuetudinem, in ea perseverat, neque sollicitus amplius est, ut ex eo emergat statu, qui eidem placere iam incipit. 2. Hinc fit, quod gratiæ validiores, potentioresque non habent amplius apud illum vim effectumque, & evadunt inutiles. Deus frustra illum sollicitat, ut ad se revertatur, vel minis, & terrorumque suppliciorum metu, vel spe veniæ: si velit adhuc ad ipsius confugere misericordiam, quæ adhuc præsto est, ut illum recipiat. Nequicquam illi revocat in mentem eam suavitatem, quæ olim in Dei servitute perfundebatur, eique, ut olim Samaritanæ dicit Joan. 4. *Si scires donum Dei.* Si eam gustasses dulcedinem, qua bona afficitur conscientia. Hanc ille gustavit, atque ostendit quodammodo illius partem fuisse, ubi ad scelus rediit. Hinc iudicii, inferni, miseræ æternitatis metus, omnesque terribiles veritates, quæ alios deterrere peccatores consueverunt, relabi solitum ne movent quidem; centies per ejus mentem prætervolant, at nunquam prohibuerunt quominus relaberetur. Quid igitur impotenter illum cohibere poterit, vel eum ad frugem revocare? Si ipsæ etiam temporales poenæ, adversa fortuna, funestissimi eventus; maxime terribilia Divinæ justitiæ exempla eum cogere nequeunt, ut victas det manus & se se colligat: inde sequitur citra extraordinarium manus Divinæ miraculum illum nunquam iri convertsum. 3. Propter habitum peccati, quem iteratis lapsibus peccator contrahit; hic enim habitus catena est, quæ peccato alligatur, & quam citius gravissimas difficultates infringere nequit; ita ut necessitas fiat. Cumque in dies semper convalescat, & in singula repetita flagitia difficultas perumpi valeat, habitum hunc abjicere moralis est impossibilitatis. Frustra cum Sansone peccator dicit: *Excusiam me*, infringam vincula mea: sicut ante feci. Sentit, recessisse Deum, nullas amplius habet vires, ac tandem misere perit. 4. Quia dæmon majorem semper in peccatore consequitur potestatem, prout hic sæpius recidit; hunc quodammodo obsidet, tanquam captivum tenet, eique veluti dominus imperat. Hoc Dei filius nobis fortis armati parabola docet, qui sua expulsus domo illuc cum aliis septem dæmonibus se ipso nequioribus redit, eoque reversus certum illi statuit contubernium: *Et ingressi habitant ibi*, Luc. 11. *Addeunt possessionem intelligus corrupti habitant ibi*; voluntatis in scelere habitata: *habitant ibi*; cordis quod nullam amplius vim exerit, ut advertetur; imaginationis, ut illi non nisi nefaria tantum obiciant objecta; sensuum, ut per hos tendant insidias: *Et ingressi habitant ibi*. Ita dæmon in possessione sua se ipsum confirmat; cumque peccator nunquam convertatur, salus ejusdem fit impossibilis.

2. Neque minus impossibilis est ex parte Dei, qui recedit, & tanto magis a peccatore procul abit, quo magis peccator repetitis sceleribus suis a Deo discedit, & qui tandem illum tradit desiderii cordis sui: 1. quia cœli gratiæ semper & vi, & numero imminuuntur, & in singulos lapsus infirmantur: 2. quia postquam toties peccator contempserit Deum, illi dæmonis servitutum præferens, Deus quoque illum vicissim contemnit, ac tradit dæmoni, quem ille supremo prætulit domino: 3. cum peccator per repetita scelera ingratus

A
exi-

extiterit, proditor, perfidusque, non fovet amplius erga illum Deus hos benevolentia, & miseracionis sensus, quos adhuc pro talis peccatoribus fovet: e contra illum horret, execratur, & odit, quemadmodum nos ingratos, atque proditores odisse solemus. Ex his omnibus inferendum est, si relapsi peccatoris falsus non est absolute impossibilis, talem mortaliter esse, nisi ille omnia audeat extrema, ut ex corde revertatur ad Deum.

II. Recidivæ peccatum est r. gravius, & enormius, quam cum primo patratum est. 2. toto celo difficilius est inde consergere: hæc dux sunt veritates, quæ concionis partitionem possunt suppedicare.

Pro priori. Ostendendum est, tres esse characteres, qui peccatum, in quod aliquis post penitentiam relapsus est, sine ulla comparatione gravius, & enormius efficiunt, quam cum primum peccatum est. 1. character meræ nequitia; neque enim amplius per ignorantiam, fragilitatem, imprudentiam, ut prima vice, peccatur: 2. character contemptus, & ingratitudinis erga Deum, quæ circumstantia plurimum scelus augmet, quæ circumstantia plurimum scelus augmet, quæ circumstantia plurimum scelus augmet, quæ circumstantia plurimum scelus augmet.

Pro altera. Peccatum videlicet recidivæ toto celo difficilius est, cui veniam Deus tribuat; 1. ex parte Dei, qui ob gratiarum suarum contemptum, atque ob ingratitudinem, perfidiamque nostram magis irritatur: 2. ex parte peccatoris, qui in dies magis induratur, sensum amittit, & penitentiam peragendam magis impar evadit.

III. En tibi duas alias veritates, quarum prior nos terere debet, & efficere, ut nosmet colligamus: altera vero nos consolari, ac spem in Dei misericordia tribuere.

Prima; credendi locum esse peccatorum, in qua iterum lapsus es, penitentiam neque veram esse, neque sinceram; si enim vera fuisset, te ipsum emendasset, neque adeo frequenter lapsus fuisset.

Altera; certissimum esse penitentiam sincere peccatorum notam scelerum correctionem, cum præstita fides est, adimpletumque consilium inquit non recedendi ultra in ea crimina, quorum semel penituit.

IV. In hæc evangelii verba: Et sunt novissima hominis illius peccata prioribus. Per iterata crimina peccator fit nequior quam ante: 1. quia cum peccatis magis onustus sit, inde graviora recipit vulnera, ac remedia infrequentiora sunt, & majorum difficultate proficiunt: 2. minus sentit malum suum, ac minus sollicitus est, ut illinc emerget: 3. magis a Deo derelictus est, ac minor ab eodem recipit auxilia.

V. Repetitur sæpe lapsus in scelus manifestum esse, ac moraliter certum indicium reprobationis relapsi. 1. Quia crimen hoc ostendit animam gratiam mortuam, ac insensibilem: 2. quia in peccato contrahitur, affectus, quo peccatum diligitur, & qui quotidie magis convalescit, ac tandem maxima inde emergendi difficultas, quæ fit moralis impossibilitas. 2. Nihil satis habet virtutum, ut nos a peccato divellat, non Celi gratia, & lumina, non Dei Verbum, non virtus Sacramentorum.

VI. Relapsus in peccatum indicium est moraliter certum falsæ penitentia: 2. obstaculum fere insuperabile penitentia veræ, & sinceræ: 3. via quæ certe ad finalem ducit impenitentiam, quæ extremam admoveat manum reprobationi peccatoris.

VII. In relapsi peccatoris conversione tres occurrunt obices validi. 1. Deus, qui fatigatur relapsi peccatoris gratias conferens, qui illis abutitur, easque contemnit. 2. Dæmon, qui vehementius adversatur conversioni peccatoris cupiens recentem sibi possessionem certam facere. 3. Peccatoris voluntas, quæ per amorem peccati suæ adversatur felicitati.

VIII. Relapsus in crimen hoc habet commune cum recidivis morborum, quod semper sunt periculosi: hoc tamen habent peculiare: 1. quod relapsus peccatorum in morali resurgendi impotentia conjuncti, omnia respicientem remedia, & eaque irrita efficiunt: 2. ipsam etiam resurgendi auferunt

voluntatem; 3. efficiunt, ut peccator omnem abiciat curam valeitudinis suæ. Ex specimine sermonum pro Quadragesima.

IX. Peccator sæpe in peccatum relabens optimum etiam vitæ statum suspitione vacuum existimare non debet, videlicet præteritæ statum penitentia, quæ parum sincera fuit, inutilis, & sæpe sacrilega ob efficacis doloris, atque constantis propositi de iterum non peccando defectum. 2. Modica spes est futurum, ut imposterum magis sinceram agat penitentiam; omnia enim, quæ sibi ad id a Deo præbentur, subsidia efficiunt inutilia, atque horum contemptum, nec non ingrati animi vitium, & perfidia Deum cogunt, ne alia ipsi concedat. Hoc desumptum est ex P. Delingendis, quem plurimi Concionatores imitati sunt, variis modis hoc argumentum effertentes.

X. Nihil minus abstinendum est in scelus; de quo egimus penitentiam; quippe recidiva indicium est moraliter certum falsæ penitentia. 2. Si post confessionem iterum in peccatum relabimur, non ideo tamen a penitentia Sacramento abstinendum est, quia ipsa recidiva ratio est propterquam ad illud accedere debemus. P. Cheminat.

XI. Inde recidivæ enormitas agnoscitur, quod nulla vel infirmitatis, vel fragilitatis, vel ignorantia, vel violentæ tentationis excusatio peccati gravitatem potest imminuere; cum e contra circumstantiæ illud augeant, atque inexcusabile efficiunt. 2. Pericula, quibus nos obijciunt recidivæ, maxime timenda sunt, ac fere inevitabilia: videlicet obdurationis, insensibilitatis, ac tandem finalis impenitentia. P. Massillon.

XII. Recidivæ ut plurimum ad quietum, tranquillumque in peccato statum adducunt, qui quidem funestissimus status est, in quem peccator hac in vita decidere potest; quippe certum est reprobationis indicium. 1. Quippe adinquinata vulgaria salutis, quibus utitur Deus ad aliorum peccatorum conversionem operandam, peccatori sæpe relabenti sunt inutilia. 2. Quibus licet etiam uti possit, fatigatur Dei bonitas ea huic permittere, locum faciens justitiæ, 3. Quia quamvis etiam Dei bonitas minima fatigetur, solus hic recidivæ character ferus, & ceteris, peccatorem ad finalem impenitentiam adducet. Idem sermone eodem.

XIII. Cum fidelis sæpe in idem relabatur scelus, locum præbet existimandi, ipsum nequaquam veram, sinceramque esse penitentiam. 2. & se se in eum statum adducere, ubi impossibile moraliter sit imposterum magis sinceram peragere penitentiam. P. Bourdaloue.

XIV. Post frequentes lapsus omnia nos impellunt; ut in peccati statu perseveremus, ac immoremur; ac tandem ibidem moriamur, quæ calamitatum omnium est maxima. Habitus, qui in peccato contrahitur, affectus, quo peccatum diligitur, & qui quotidie magis convalescit, ac tandem maxima inde emergendi difficultas, quæ fit moralis impossibilitas. 2. Nihil satis habet virtutum, ut nos a peccato divellat, non Celi gratia, & lumina, non Dei Verbum, non virtus Sacramentorum.

XV. Status peccatoris in peccatum recidentis, postquam illinc evasit, toto celo deterius est eo statum, in quo erat, antequam illinc per penitentiam evaderet. 1. Ille nocentior fit coram Deo per ingratitudinem, perfidiam, ac præteritionem, qua demonem Deo ipsi censet antefendum. 2. Peccato magis subjectus est, magisque satanæ imperio mancipatus. 3. In se ipso incorrigibilis est.

XVI. In Evangelium feritæ tertie post Pascha, vel Dominica in Albis sermo est de pace, quam nobis Salvator promeruit, & mundo post resurrectionem suam annuanciavit, sed quam per iteratum in crimina lapsus infringimus: quod locum præbet duas veritates statuendi, quæ sermonis partitionem efficiunt.

1. Suspitione nequaquam vacare pacem, & reconciliationem cum Deo inquit per præteritam penitentiam. 2. Verisimile non esse, peccatorem, qui sæpe hanc pacem perfrigit repetitis lapsibus, semel imposterum ad Deum reverti, ideoque illum Dei inimicum moriturum. Auctor sermonum in omnia Ethica Christiana argumenta.

XVII. Nullum majus est reprobationis indicium, quam recidiva in peccatum. 1. Si reprobationis indicium est post gravia peccata penitentiam non agere, recidiva offendit, & probat non esse penitentiam per-

ragere, falso penitere. 2. Quia signum est a Deo derelinqui, ubi sine stimulo, ac ulla religione peccatur, quod in recidiva contingit. 3. Quia hæc proxima est ad finalem impenitentiam dispositio. Simpliciter hæc dux propositiones divisionem præbere possunt iuste in hoc argumento Concionis.

XVIII. Prima: Recidiva efficit enormius peccatum illud, in quod recidimus. Altera: Relabens peccatoris conversionem efficit difficiliorem, & moraliter impossibilem.

XIX. Principia iterorum lapsuum ad tria volgo referuntur. Alii ex infirmitate, alii ex negligentia, alii ex nequitia relabuntur. Primi illi desendi sunt, & peculiari indigent instructione. Quod ad reliquos pertinet, duas propositiones constituo, eodem Concionis partes futuras.

1. Qui relabitur per negligentiam, huic de præteritis omnibus penitentia metuemus est. 2. Qui relabitur per nequitiam, huic de futuris timendum. Recidivæ ex negligentia efficere debent, ut de præcedentibus penitentia suspicio non hinc suboriatur: quæ vero ex nequitia orta sunt, futuram difficilium, & moraliter impossibilem faciunt.

XX. Nihil facilius est, quam in peccatum relabi hæc propositio prima est: Nihil difficilius, quam relapsum revertere: hæc secunda. Facilitas recidivarum, remedium difficultatis. Joly.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fons, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositum Concionum structuras exornandas.

Sancti Patres. Sanctus Augustinus lib. Meditationum eam desit calamitatem, quam iteratis lapsibus sibi contraxerat.

Idem lib. 8. Confess. c. 5. narrat, quo pacto per repetita scelera adeo validum peccati habitum contraxerat, ut illum non posset infringere.

S. Gregorius 3. part. Cursu Pastoral. admonit. 31. docet illos in vanum sua peccata desere, qui post lacrymas in ea relabuntur.

Idem in Psal. 37. Pavit. in hæc verba: Iniquitates meae supergressæ sunt caput meum &c. ostendit extremam esse insaniam ad illud vitæ genus reverti, a quo per penitentiam recesserat.

S. Hieronymus in cap. 1. Isaiæ hæc explicans verba: Quomodo facta est meretrix civitas fidelis ait, hæc dicit animæ ad vomitum post penitentiam revertenti.

Idem l. 3. in c. 5. Amos in eandem sententiam hæc applicat verba: Virgo Israel cecidit, & non adjiciet, ut resurgat.

Idem l. 2. in cap. 7. Michææ docet recidivam nos adducere in statum deterius illi, in quo ante penitentiam eramus.

Tertullianus lib. de Pavit. fufius loquitur de recidiva, ejusque plurimos locos deinceps afferemus.

S. Chryſostomus Homil. 44. in Matth. hæc explicans verba: Tunc assumit septem alios spiritus nequiores se &c. ostendit, recidivæ peccata graviora esse levioribusque penis puniri, quam alia licet ejusdem naturæ.

Idem Epistola ad Theodorum Monachum se summo dolore confici ait, eo quod ille, postquam se Deo dicaverat, iterum secularibus sese implicaverat negotiis, eumque hortatur, ut quam primum ad susceptum vitæ genus redeat.

Idem Sermon de lapsu primi hominis in Genes. ostendit, peccatum, in quod post impetratam veniam lapsus fuit, graviorem fuisse.

S. Bernardus Sermon. 3. in Cant. docet, criminofus esse in peccatum recidere post peractam penitentiam, quam primum peccare.

Idem Sermon. 3. in festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli ostendit eorum ingratitudinem, qui iterant scelera, & quænam sibi consent mala.

P. Chahu in libro, cui titulus: Secretum Prædestinationis, amplissimum habet tractatum de recidivæ peccato, ubi ea omnia collegit, quæ dici possunt.

P. Nèpveu in christianis considerationibus tomo 1. pro die 17. Martii.

Idem tomo 2. pro die undecima Julii.

Idem tomo 4. pro die decima sexta Octobris. Pædagogus Christianus cap. 17.

Pean in Spiritualibus alloquiis; alloquio 9. Hoady Bibl. Tom. IV.

P. Theophilus Renaud in Hagiol. exot. ubi de Maria Egyptiaca.

P. Antonius de S. Martino a Porta in prima parte libri, cui titulus: Les Conduites de la Grace, octava fundamentalis veritate, scite hoc argumentum tribus tractat capitibus.

Stapleton in Promptuario Morali Dominica tertia Quadragesimæ.

Matthias Faber. Dominica 3. Quadragesimæ. cons. 10. de Fer. 2. Pasche. Cont. 1. integra.

P. Grizel in Quadragesima.

P. Delingendes Dominica tertia Quadragesimæ duas habet hujus argumenti conciones.

Birat, sermone pro feria secunda post tertiam Quadragesimæ Dominicam.

Maimbourg sermone pro tertia Quadragesimæ Dominicæ.

P. Bourdaloue in Quadragesima.

P. de Colombiere Sermone 63.

P. Cheminat Tomo 1. Sermonum.

Auctor sermonum christianorum, sermone pro tertia Quadragesimæ Dominicæ.

Auctor sermonum in omnia Ethica Christianæ argumenta, sermone pro feria tertia post Pascha.

Auctor sermonum moralium.

P. Giroult sermonum pro Dominica in Albis.

In specimine sermonum pro Adventu tres hujus argumenti conciones inveniunt.

In specimine sermonum pro Quadragesima, sermone pro feria sexta hebdomadæ primæ, & pro dominica tertia, argumento tertio.

Joly Propositione pro tertia Quadragesimæ Dominicæ.

P. Massillon Tomo 3. sermone pro feria tertia post Pascha.

P. Ludovicus Granatenſis in locis communibus, Titulo Recidivæ.

Balzus, & Labatha titulo Recidivæ.

PARAGRAPHUS III.

Sanctorum Patrum hoc in argumento loci, & sententia.

Appone iniquitatem super iniquitates eorum, & non intrent in justitiam tuam. Pl. 68.

Iniquitates sue capiunt iniquum, & similibus peccatorum suorum confringitur. Prov. 5.

Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Prov. 18.

Sicut canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. Prov. 26.

Homo, qui jejunos in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Eccli. 34.

Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas? Jerem. 2.

Insuperabilem fracturam tuam, pessima plaga tua; curatio utilis non est tibi. Jerem. 30.

Via vobis vii impii, qui dereliquistis legem Dei Alissimi. Eccli. 41.

Si avertit se justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur, & in peccato suo, quod peccavit, morietur. Ezech. 18.

Super tribus sceleribus Damascti, & super quatuor non convertam eum. Amos 1.

Cum immandus spiritus extiterit ab homine, ambulat per loca arida, quaerens requiem, & non invenit, tunc dicit: revertar in domum meam, unde exivi. Matth. 23. & Luc. 11.

Tunc vadit: & assumit septem alios spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi. Idem, ibidem.

Et sunt novissima hominis illius peccata prioribus. Idem, ibid.

Eccle. Janus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Joan. 5.

Secundum duritiam tuam, & impenitentiam cor, thesaurizasti tibi iram in die ire, & revelationis justi iudicii Dei. Ad Roman. 2.

Qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo? Ad Roman. 6.

Quæ secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. 2. ad Cor. 7.

Si quæ destruxi, iterum hæc edifico, prævaricationem me confitendo. Ad Galat. 2.

Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste. . . . & prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam. Ad Hebr. 6.

Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquunt pro peccati hostia, terribilis autem quedam expectatio iudicii Ad Hebr. 10.

Contigit eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. 2. Petri cap. 2.

Si resurgentes coinquinationes mundi, his rursus implicati superamur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Ibid.

Melius erat illis non cognoscere viam iustitie, quam post agnitionem, retrorsum converteri ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Ibid.

Si conversus iustus a iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: in peccato suo morietur. Ezech. 3.

Veteris, Novique Testamenti Exempla.

Adam postquam semel peccavit deinceps in nullum mortale scelus cecidit.

Patres nonnulli animadvertunt, Adam primum inter homines peccatorem, qui solo scelere omnes posteros suos nocentes effecit, secundo non cecidisse; & lapsum ejus, qui homines omnes in peccati abyssum pertraxit, ne unam quidem moralem noxam subsecutam fuisse nongenitorum, & triginia annorum spatio, quibus ille post primum facinus vixit; saltem nullus meminit Scriptura. Sed non est, cur miremur etenim post adeo diuturnam malorum, quibus illum suum subjecerat crimen, experientiam, atque post adeo gravem, auferamque poenitentiam, nulla difficultas obstruere potest, quominus credamus, ipsum omnes adhibuisse curas, atque diligentissime precevisse, ne iterum in eandem relaberetur calamitatem. Et procul dubio de hoc momento parente intelligenda haec sunt Sapientia c. 10. verba: Sapientia eduxit illam a delicto suo. Sed illi, qui experti sunt, in quas miserias ipsos peccata redegerant, & quibus ideo patuerit calamitatibus, & nihilominus scientes, atque volentes in eadem scelera relabuntur, quam reditus spem habent reliquam, ubi adeo speram abusi fuerint prima videlicet poenitentia?

Secunda recidiva reverentius in Pharaone puniatur quam prima.

Pharaonis exemplum nos docet, Deum severius animadvertere in peccatores propter recidive peccata, quam propter ea, quae primo patrantur. Princeps ille, quem nobis proponit Scriptura velut odorati peccatoris exemplum, pluries eorum, quae promiserat, datam fidem praefregit, se videlicet populo Israel permisissurum, ut in desertum vero deo facris operaturus concederet; quapropter in se huius Dei iteratis lapsibus provocavit iracundiam, & una cum exercitu suo Erythraei maris fluctibus submersus fuit. Sed uti S. Chrysol. hom. 44. in Matth. animadvertit, si calamitosus hic Princeps Dei mandatis post prima iustitia ejusdem flagella parasset, ne ille quidem effugisset altera, & mox alia, quae subsecuta sunt, & quae Egyptum universam late vastarunt. Illud vero ad nostrum pertinet argumentum, quod quotiescumque fidem fregit, toties plagis, quibus Deus illum percussit, duriores, gravioresque effecta sunt; & posteriores repulsa levioribus multata fuisse supplicia, quam prima. Hinc Patres nonnulli argumentati sunt, reiterata, quamvis ejusdem naturae, peccata semper alius esse graviora, graviusque supplicium mereri.

Demon cum peccatoribus agit, quod cum Israelitis Pharaone.

In ea ratione, qua cum populo Dei Pharae se gessit, deprehendere licet artificium, quo utitur cum hominibus Satanas, ut hos in eadem rursus impellat crimina, e quibus per poenitentiam evaserant. Et profecto cum Pharaone persuasum esset, populum Israel id unum querere, quomodo ipsius dominationem excuteret, hoc est usus consilio; ita videlicet Israelitis facultatem permittere abundi in desertum, ubi Deo sacra facerent, ut aliquid in Aegypto relinquere, quo redire cogere, postquam Religionis suae sacra obissent. Itaque, si lubet, inquit, Deo vestro sacrificaturi, sed pecora vestra relinquire; neque enim haec a vobis abduci patiar. Principis versutia hoc pacto illos ad reditum, atque servitutis jugum repetendum, ex quo illos ertere decreverat Deus, cogere cupiens Moysen, & Aaronem non fecellit. Haud ita, duo illi Domini Legati responderunt; hec non est Dei voluntas, in solitudine sacrificaturi ibimus, & nobiscum pecora nostra abducemus, & ne unius quidem pedis ungula remanebit. Non remanent de eis ungula. Exod. 10. Illa nostris necessaria sunt sacrificiis. Nonne hoc ipsum illud

est, quod demon Pharaonis callidior, atque crudelior plerisque hujus temporis poenitentibus suadet, ut sub ditionis suae jugum redire compellat? Ite, patior vos Deo vestro sacra facere: ite, ad Ministerium ejus pedes procumbite; ite, & quoniam de precepto est, & inviolabilis hujus temporis consuetudo jubet, ad sacra Corporis, Sanguinisque Dominici mensam accedere: ad aliquod temporis intervallum mundi turba secedite: recessum querite, ut magno huic operi vosmet disponatis. Sed in mundo tanquam date fidei obsequia affectus vestros, habitus, & quidquid vobis charissimum est, relinquire. Demon hac arte vos ad reditum cogere vult, atque adigere, ut ad eam, quam abdidicistis, vite rationem revertamini. Verum si certa sedet animo sententia gravis hujus jugi excutiendi, ac vosmet a peccati servitute liberandi, hac in solitudine omnia Deo sacrificare, commercium, convivia, solatia, ne ulla vobis ad sit imperiose occasio sub tyrannicam demonis servitutem revertendi: si enim iterato venisset illi subditis, inde nunquam fortasse vera conversio revertemini.

Samsonis exemplum.

Ubi per frequentes, iteratosque lapsus tandem fortis peccati habitus contractus fuit, non ita facile illinc emergere datur; & hac difficultas quaedam vocari potest species impossibilitatis, quae eo, utque procedit, ut peccatores tandem, se illinc unquam evaduros esse, desperent; & relapso peccatori id accidit, quod olim Samsoni turpis cupiditatis mancipio, quam superare neglexerat. Narrat Scriptura, illum, cum ter, vel quater a Dalia nexu, colligatusque fuisset, semper vincula sua praefregisse, sed tandem caecarie, cum mystice totum ejus inerat robur, causa, iterumque alligatum, ubi e somno excitatus fuit, ita viribus omnibus caruisse, ut vincula percurrere minime posset, nesciens, sacer addit Textus, quod ab ipso recesserat Deus. Sperabat semper futurum, ut, ubi opus esset, nunquam viribus destitueretur, atque in periculo utiliter iis uteretur; Excitiam me, aiebat Judic. 16. sicut prius. Memet eripiam, & de inimicorum meorum manu victor egrediar. Illud sui fecellit sententia, atque, cum crapulam edormiret, locum praebuit, ut sibi cum crinibus vires adimerentur. Ita consuevit cogitare peccator, quem recidivam magis, magisque peccato mancipium: Excitiam me sicut prius, ait ille: idem semper mihi robur erit ac olim: post paratum facinus confurgam: in sacramenti gratia vires nactus sum, & adhuc mancipium. Infelix, nescis, quod recessisset ab eo Dominus. Fies ledibrium affectuum tuorum, qui tumultum cere non delinent: cecitas tua te obijcet contemptui, atque cachinnis inimicorum tuorum; denique peribis sub ruina adificii illius, quod tui lapsus iterati infirmaverunt, atque conevenerunt.

Exemplum Pharaonis.

Paralyticus evangelicus octavum jam supra trigesimalium annuum lecus probatice Pificinae oram jacebat, ubi oculis suis plures agros viderat convalescere, quae res non modicum erat doloris ipsius incrementum. Se ipsum movere nequibat, & neminem inveniebat, qui beneficium tenderet manum, ut in mirabile proiceretur balneum, in quo valetudinem suam receperat. Tandem aliquando hominem hunc, quem tanto temporis intervallo invenire nequiverat, in Salvatoris persona nactus est, qui illum praevenerit percontatus, utrum ex infirmitate adeo diuturna, & molesta vellet curari. Vix ille sua testatus est vota, cum perfectam obtinuit salutem unico divini illius medici verbo, Surge, tolle grabatum, & ambula. Joan. 5. Illud vero ad nostrum pertinet argumentum, quod cum post adeo miraculosam curationem Salvator illum invenisset in Templo, hac illi verba dixit, quae saluberrimo nobis esse debent documento: Ecce factus es, jam noli amplius peccare, ne deterior tibi aliquid contingat. Jam sanus factus es, cave, ne iterum pecces, ne gravius aliquod malum tibi sit subeundum. Neque hoc simplex consilium fuit, sed imperata vita regula, postquam illum curaverat; notebat enim ipsam credere, eo quod convalescat, licere sibi fine aliqua regula, & prohibitive vitam instituire, eaque operari omnia, quae illi morbum pepererant. Illam autem deteret intentans ei minas recidivae malo ipso deterioris, ut si beneficium accepti gratitudo illum minime continisset, saltem gravioris mali metus eum contineret. Parabola demonis in locum redeuntis, unde fuerat

Parabola de demonio, eioho ex lo, ubi moratus fuerat, & illuc redeunt.

erat ejectus, atque mox illic ingredientis non sine septem aliorum se ipso nequiorum caetera, litterali in sensu de Judaeis explicatur, & in sensu morali de omnibus peccatoribus, qui iterato in eadem recidunt scelera, propter eam, quam cum Judaeis habent, similitudinem. Populus iste nunc est in statu multo magis infelici, quam antequam a Deo eligeretur, atque in sanctorum Patriarcharum persona cognitione illius illustraretur; peccatum enim, quod deinceps paravit evangelii lumen rejiciens; atque agnoscere nolens Salvatorem fidem ipsi annunciantem: hoc recens peccatum, inquam, aliis additum infidelitatibus, quas jam contra Deum commiserat, & Prophetae, qui nomine illius missi fuerant, illum non satis bene, neque secundum spiritum, neque secundum carnem dispoferant ad fidem recipiendam: & experientia hodierna quoque die nos docet, hunc ex omnibus populis maxime exum esse, obduratum atque difficilem, qui convertatur, quod parabola filii Dei veram esse demonstrat: Et sunt novissima hominis illius peccata prioribus. Hoc ipsum in morali hujus parabola sensu omnibus accidit peccatoribus, qui semel a Deo illuminati, afflatique in prima recidunt scelera; hi multo magis obdurati sunt, magis a Dei regno distant, ac ut verbo me expediam, in deteriori statu sunt, quam antequam primum converterentur: Et sunt novissima hominis illius peccata prioribus. Matth. 12.

Nemo eorum quos Salvaator in Evangelio convertit ad sua rediit flagitia.

Legimus quidem in evangelio plurimorum, qui gravibus obnoxii fuerant criminibus, conversionem, videlicet filii prodigi, mulieris adulterae, Samaritanæ, Magdalenæ, S. Petri, Sandique Thomae, sed horum alicui Deum secundo, & multo minus tertio dixisse, peccata eorum ipsi dimitti, non legitimus: et contra vero eorum aliquos admonerat, ne ulterius peccarent; Noli amplius peccare. Joan. 5.

Applications quorundam Scripturae locorum huc Argumento.

Iteratis lapsibus thesaurizatur in divinis thesauris.

Secundum duritiam tuam, & impenitentem cor, thesaurizas tibi iram in die ire. ad Roman. 2. Thesaurus, S. Augustinus ait, duo designat, magnum argenti, aurique vim, quae congeritur; levis enim summa thesaurus non dicitur, & secretum loci, ubi occulitur. Talis est impenitentis thesaurus, (excenta fibimet succedunt peccata iteratis, jugibusque lapsibus, quae omnia in profundum ingrediuntur abyssum. Hic autem thesaurus additus, rectius tenetur; quo magis procedit iras, eo magis thesaurus augetur, debita debitis accumulatur, quin aliquid perfolvarur; & velut ille, qui semper mutatur, & nunquam solvit, tandem obruitur, ac in nullam reditus spem ruit.

Plethora, quae peccatorum vita jugis eorum poenitentia, & lapsu.

Impii in circuitu ambulat. Psalm. 11. Plerorumque peccatorum vita nil aliud est, quam orbis cupiditatum, in quo continentur, & unde nunquam per veram conversionem egrediuntur; vel si quod intersedit intervallum, aut intermissio, hoc est, ut iterum initium ducatur, & quae facta sunt, resciantur. Labuntur, confurgunt; relabuntur, ac se resurrectores sperant; peccasse poenitent, at non multo post suae rursus poenitent poenitentia. Sed dicamus potius, hunc esse peccatorum orbem; scelus unum alterum trahit, uti visibilia varum, & primum scelus posteriori viam aperit facilitate. Nihil nisi corruptio est, nequitia, libido, quolibet dies recentia parit monstra; & si aliquamdiu, solemnioribus accedentibus festis diebus, cessatur, torrentis instar, aliquantisper remanent, ut deinceps majori cum impetu in omnia scelera proruant.

Iterata fecerit iterum adificium, quod erat destruktum.

Si que destruxi, iterum haec adifico, praevarticatorum me confitio. Ad Galat. 2. Hoc vos potiori iure dicere potestis, o relapso peccatores, postquam gratia in vobis peccatum destruxit, & vos iterum illud reparatis. Per poenitentiam scelera vestra destruxistis, & per recidivam poenitentiam ipsam destrulistis. Per poenitentiam maximum a Deo beneficium recepistis, & per recidivam obliviscimini, ac de memoria, & corde vestro exitium hoc beneficium oblitteratis. Apage, ingrati estis, & praevarticatorum.

Demon in hoc suum gaudium, & requiem constituit in pacificis animae nostrae possessore remaneat.

Cum immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non invenit. Matth. 12. Numquam cessat idemon nos in

scelus impellere, quantumvis summo rubore suffusus videat se per Poenitentiam peccatum ex nostris ejici animabus, nunquam despondit animos, & tantum sua clade irritatus, quantum relatis triumphis esse unquam potest elatus, sperat semper, novarum virium accessione ingredi in animam, unde egressus fuerat coactus. Videte, quid narret evangelium. Ex quo sumundus hic Spiritus egresus est de corpore, quod oblidebat, inquietus est, & requiem quaerit, nec invenit. Sed quamquam requies? nullam enim invidia, ac rabies ipsius illi relinquit; Haec videlicet. Querit pacatus iterum fieri possessor ejus animae, unde expulsi sunt: Querens requiem, & non inveniens, ait, revertar. Revertar, hec crudelis est voluptas, quam sibi proponit, eouique inquietus, ut nullam requiem inveniat.

Peccatores relapso dispositiones habent regno Dei prorsus expolita.

Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Luc. 9. Ani nadvortite; non dicere Salvatorem, eum, qui mittens manum ad aratrum respexerit, in Dei regnum ingressurum non esse; sed ait, ipsum regno huic aptum non esse; Non est aptus. Cum dicimus aliquem aptum non esse toge, sago, ecclesie, litteris, innumis illum indolem fortidum esse prorsus oppositam huic statui, & quodcumque ille contendant, ut se aptum praebet, hoc illi nunquam e voto cessurum. Hoc ipsum quodammodo dici potest de peccatore, qui suos iterat lapsus, & aptus non est regno Dei; hoc est, continet in se dispositionem prorsus oppositam saluti suae, neque ad illam pervenire potest, nisi jugem sibi vim inferat. Non est aptus regno Dei.

Cur semper merendum est etiam post impetitam criminis veniam.

De propitiato peccato noli esse sine meta, ait Spiritus sanctus per os Ecclesiastici. Peccatores semper trepidare debent pro peccato eodem, pro quo veniam obtinerunt. At enim, hoc non intelligo, dicit aliquis; si enim peccatum dimissum est, cur adhuc metuendum? Antehac dimissum est, non intelligebam, nunc vero illud alicuius sum. Sepe putamus peccatum nobis dimissum fuisse, quod tamen dimissum non est: non enim deest falsa poenitentia, quae nos damnare potius, quam salvare potest; & si que talis est, probabilis est, hanc esse peccatorum relabentium poenitentiam.

PARAGRAPHUS IV.

Sanctorum Patrum hoc in argumento loci, & sententia.

Trisior est, non poenitens, qui abdu agit quod poenituit. Augustin. lib. 2. de poenitent. & Junio.

Nemo post centum peccata, nec post mille crimina de divina misericordia desperet. Idem, Serm. 58. de Tempore.

Poenitentia illa digna & bona est, quae peccata peccata deplorat, sic ut deplorata iterum non committat. Idem, Serm. 11. ad Fratres in Eremo.

Quem caecum Christus bis illuminavit? quem leporem bis mundavit? quem mortuum bis suscitavit? Ideo non scribitur aliquis nisi semel sanatus, ut timeat quisque jungi peccato. Idem lib. de vera & falsa Poenit.

Poenitentibus dico, quid prodest quod humiliamini, si non mutamini? Idem.

Qui admisa plangunt, nec tamen deserunt, inaniter mundant, & nequiter inquant; idcirco lacrymis se lavant, ut mundi ad sordes redeant. Gregor. 3. par. Curz Past. admonit. 32.

Peccatum, quod poenitentia non delctur, mox suo pondere aliud trahit. Idem.

Poenitentiam agere est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Idem, Homilia 54.

Perfekte convertitur, qui cum semel quod prave egerat plangit, quod deuo plangat ultra non repetit. Idem, lib. 3. in 1. Regum, cap. 3.

Tales (nempe qui relabuntur) nunquam diluunt gemendo peccata, quia nunquam desinunt peccare post gemitum. Sanctus Fulgentius, de peccat. remissi. cap. 12.

Minor est culpa deliquisse ante, cum nequam noster disciplinam Dei; nulla est venia ultra delinquere, postquam Deum nosse cepisti. Cyprian. lib. de discipuli. & hab. Virg.

Non leviter in Dominum peccat, qui cum ambulo ejus diabolo poenitentia renunxisset, & hoc nomine illam Domino subiecisset, rursus eandem regressu suo erigit, & exultationem ejus scriptum facit, ut de-

quo malus, recuperata preda sua adversus Dominum gaudet. Tertullian. libro de Penitent. cap. 5.

Nome, quod dicere quoque periculosum est, diabolum Domino preponit. Comparationem enim videtur esse, qui utrumque cognoverit, & disjudicatio pronuntiaffe, cum meliorem ejus se rursus esse maluerit. Idem.

Qui per delictorum penitentiam instituerat Domino satisficere, diabolo per aliam penitentiam penitentiam satisficere, evitque tanto magis perosus Deo, quanto amulo ejus acceptus. Idem.

Ubi emendatio nulla, penitentia sine fructu. Idem.

Abst ut aliquis ita interpretetur, quasi ei etiam nunc pateat aditus ad delinquendum, quia patet ad penitentiam, & reduntantia clementie celestis libidinem facit humane temeritatis. Idem.

Ista est vera penitentia, quando sic convertitur quis, ut non revertatur; quando sic penitet, ut non repetat. Augustinus. Sermon. 7. de Tempore.

Qui sic alia (peccata) deplorat, ut alia tamen committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat, aut disimulat. Gregorius Homil. 30. in Evangel.

Ubi ait: Lavamini & mundi estote, Lavatur, & mundus est, qui & praterita plangit, & futura non committit. . . Lavatur, & non est mundus, qui plangit quae gessit, nec desinit, & post lacrymas, ea quae deservierat repetit. Hieronymus de lumbis bono, cap. 6.

Penitentiam certam non facit, nisi odium peccati, & amor Dei. Augustinus. Sermon. 7. de Temp.

Indulgentia ingratus est, qui post veniam peccat, & qui post curam scriptum vulnerat, nec mundari meretur, qui scriptum post gratiam sordidat. Chrysostomus. Homilia 2. de lapsu primi hominis.

Si a Domino illuminati, & a prima delictorum misericordia erepti, rursus ad eandem malignitatem revertuntur, gravior poenitentia non pro peccato expectabit. Idem, Homil. 44. in Matth.

Peccasti, poenitere; mille peccasti, mille poenitere. Idem.

Nihil prodest remissio peccatorum, qui scelerate vivere pergit. Basilus, Can. 8. de Penit.

Qui semel veniam consecutus, si de novo post illud tempus peccat, severius in se animadvertendi Deo causam dat. Idem, in Reg. cap. 11.

Non est penitentia saepe petere veniam ab iis quae saepe peccamus. Clemens Alexandrinus. Strom. lib. 2.

Natus quod peccatum esse confessus est, deinceps debet admittit, quia confessio peccati professio est assequendi. Hilarius, in Psalm. 117.

Recidere quam incidere deterius est. Bernardinus. Sermon. 54.

Vultus iteratum sanatur tardius; sic lugens & peccatis veniam non meretur; nihil prostant lamenta, si repetantur peccata, nec valet de malis veniam petere, & mala de novo iterare. Petrus Blefen. de Conf. Sacram.

Penitentia hypocritarum, quorum penitentia nunquam fidelis. Tertul. lib. de Penit.

Novum monstrum genus est, jugiter faciunt quod fecisse se plangunt. Salvianus, 5. de Gubern.

PARAGRAPHUS V.

Quid in hoc argumento ex Theologiae fontibus possit hauriri.

Quid sit recidiva.

Satis liquet recidivae peccatum non aliud esse, quam reditum peccatoris in eadem scelera, ex quibus penitentiam emerferat; quae vera, & sincera, fuisse supponenda est, quamvis haec prompta, & frequens in mortale peccatum recidiva ut plurimum arguatur, penitentiam nequaquam veram fuisse. Quomobrem necesse non est amplius afferre explanationem hujus peccati, cujus nomen indistincte diligentissime explanationis. Animadvertendum est dumtaxat, parum interesse, utrum iterati lapsus in ejusdem, vel diversae speciei peccata fiant; exempli gratia, utrum qui furtum perpetravit, post poenitentiam aliud, vel ejusdem naturae crimen, vel longe diversum committat, cujusmodi esset blasphemia, vel adulterium: haec enim peccata semper novo titulo merentur subtractionem gratiarum, quae necessariae sunt ad consequendum, & alioquin illa patrantur studium erga scelus immitunt multo quam ante vehementius. Fatendum est tamen, frequentem in eisdem speciei criminum lapsum efficere habitum, qui sem-

per eo gravior fit, quo plures ejusdem speciei peccatae actiones; atque magnum esse iudicium, penitentiam nequaquam fuisse sinceram.

Manifestum est tamen, quo plura peccatorum genera a peccatore patrantur, eo plures ab eodem habitus contrahi, a quibus ad diversae speciei scelera trahitur, quarum una tantum esse perdere potest. Si igitur peccator in omnia relabatur, uti videre est in pluribus, quorum vita in perjuris, detractionibus, impudicitis, jugi impietate transigitur; nonne inde inferendum est, eorum penitentiam magis esse difficilem, & damnationem magis inevitabilem, quia vicia, tricies magis, quam alii, debent admittere, qui in unum dumtaxat flagitium relabi consueverunt? Etenim si horum fere certissimum censur interitus, quia fibrem eam non inferunt vim, quae necessaria est, ut ab uno tantum crimine abstant, quid de aliis dicendum, quibus cum viginti, aut triginta aequo roburis, & periculosis hostibus bellum gerendum est?

Notandum quoque est, inter relapsos duo illorum posse genera distingui. Alii, qui post lapsus iteratos ita se se collegerunt, ut non relabatur amplius: alii vero ad aliquod tempus se fecerunt corrigunt, & mox recidunt, cum Dei gratia adjuvantur, quae illis nunquam desit, possent a repetitis lapsibus abstinere. Ex priorum numero fuerunt David, Magdalena, S. Petrus, S. Augustinus, & universae omnes illi, qui postquam pluries peccaverunt, ac peccatorum penitentiam egerunt, vitam rationem immutant, neque primis flagitiis suis se ultra ferri patiuntur. Ex numero posteriorum alii sunt peccatores, quorum vita in iteratis lapsibus transigitur, quantumvis crebro scelera sua contemnant, & sacra se exomologis expiare tentant; de quibus unice hic sermo est. Non igitur loquimur de illis, qui per fragilitatem in eadem recidunt crimina, & qui in occasibus, quas minime quaesiverunt, vel per infirmitatem, vel per ignaviam delinquant; tandem enim non sumus impeccabiles, ac in Caelo tantum absolutam assequemur impotentiam laedendi Deum. Immo neque de illis verba facimus, qui diu post poenitentiam relabuntur, & qui ubi se relapsos norant, gravi dolore conficiuntur, & statim ad medicinam confugiunt: hos bonae fidei poenitentes fuisse, credere charitas christiana jubet. De illis igitur tantum peccatoribus quaerit, qui se sollemnibus adventibus anni festivitatis, atque aliquot tantum dies suas intermittunt libidines, atque flagitia, ut cum aliqua poenitentiae specie ad Sacramenta accedant, sed postmodum pristinis se se criminibus abduunt, & mancipant: vel de illis, qui aliquem peccatorum suorum dolorem tentantur, & a se acta, transactaque omnia putant, ubi veniam orantur: sed ea omnia negligunt consilia, quae sapienter illis tradit Confessarius, ut imposterum temperent a lapsu, illidem se se obijciunt occasibus, eadem frequentant societates, eadem alunt commercia nefaria negligentia, quia vim sibi facere, & mortificationem aliquam subire oderunt, & excurrunt.

Quamvis Deus nunquam veniam, uti opus est, petenti, eam denegat; non ideo tamen in infinitum pro conversione peccatoris gratias concedit: sed favoribus suis quosdam veluti cancellos circumseribit. Audi, quid Amos Propheta cap. 1. dicat: Haec dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non converteram eum. Quae verba ita a S. Hieronymo explicantur: Haec sunt scelera quatuor quae addiderunt scelus, illos non convertam amplius, sed extremo in eos supplicio animadvertam. Ex hoc, aliisque pluribus Scripturarum locis Theologi argumentati sunt, Deum certos constituisse fines, ac numerum gratiarum, quas singulis concedere vult, quia mensura repleta, non expectanda est alia conversio, eo quod ille fortes, electaque tenuit gratias; quamvis eas non requirit, quae sufficientes sunt, quarum vi, licet peccator converti possit, nunquam tamen converteretur. Si quid autem potest hanc replere mensuram, atque hunc gratiarum fontem erga peccatorem exhaurire, nec id quidem frequens in peccatum relapsus praestat; quoniam haec gratiae & vi, & numero disimuantur, prout peccata multiplicatur.

Veram poenitentiam, ex omnium Doctorum sensu, propositum de non amplius peccando complectitur;

Diversi generis homines in sua relabuntur, quibus diversum iudicium tenendum est.

Relapsus validus sunt argumenta quibus peccatorum scelorum dolorem requiem quae verus fuisse probatur.

Recidiva indicio est Sacramento Penitentiae efficacia suo causis.

Primum recidivae indicium est Dei gratias ex haurire.

Efficacia generis recidivae.

Recidiva indicium est propositum de non.

tur; propositum efficacax, quod peccatae causas evertit; supernaturale, quod humanis quibuscumque consiliis fortius esse debet. A patribus Forum & Sacramentum poenitentiae vocatur. Propositum praxationis, quod vos in eum adducit, ubi vita potius, fortunae, bonorumque iacturam, quam gratiae subire debeatis; universale, quod ad omnia tempora, peccataque omnia latius extenditur. In recidiva autem minime desunt circumstantiae, quae verisimiliter, & quasi infallibiliter judicari possunt ab huiusmodi propositio omnino abhorrentes; vel, cum celer est recidiva, & die eadem, vel paulo post relabimur; cum nullum eam praecedat remedium, nullaque, ut eriterur, diligentia: cum frequens est, & ante peccatum actum diminutio, & aequo crebro, ac ante peccatum: cum in recidiva peccator est audax, majori cum facilitate in scelera ruit, ac in illis vitam ducit tranquillam. Quae enim veritatis species adest, peccatorem certum, firmumque habuisset propositum ulterius non delinquendi, & illum bona fide fuisse ad Penitentiam convertum?

Pro vera poenitentia Theologi omnes fatentur, opus esse dolore, qui alium quemlibet dolorem excedat, ita ut nihil in mundo sit, quod nobis parent afferre possit tristitiam illi, quae ob violatam Dei legem tabescimus. Scio equidem, necesse non esse, quod hic dolor sit talis in sensu; tamen esse debet in appretiatione, & nemo dubitat, utrum eouique progredi debeat, quo dixi. Verum probable ne est illum, qui talem scelorum suorum dolorem concepit, posse rursus, & quin oblietetur, primae tentationi cedere? Profecto iudicialis locus est, dolorem hunc, qui in poenitentia essentialis est, sincerum nequaquam fuisse. Et constat ratio: frequentes enim recidivae hodierna die efficiunt, semperque effecerunt, ut relapsorum poenitentia suspicione non vacet; & locum dubitandi faciunt de doloris, & voluntatis peccantium sinceritate.

Cum hodierna die lapsus adeo passim iterantur, non sine multa veritatis specie dici potest, hoc accidere, quia pauci se se, uti opus est, poenitentiae Sacramento disponunt. Etenim causa talis, qualis est sacramento, possit ne suos non producere effectus, propter quos illam insinuat Deus, nisi qui recipit illam, essentialia aliquid impedimentum statueret? Quid porro docet Theologia? Quodlibet Sacramentum in anima bene disposita sanctificantem gratiam producere, & aliquot peculiaribus subsidia propter actus, qui sui finis sunt proprii. Confirmatoris sacramentum, exempli gratia, extraordinarias suppetit vires, ut libere, & citra metum proficere fidem, cum in illius amittenda discipula adducitur; hic enim illius sacramenti effectus est. Eucharistia, quae tamquam sacris recipitur, praeter gratiae incrementum, vim etiam, & actualia communicat subsidia ad violentiam temptationum superandos incursum. Extrema unctio vires tribuit, ut furentibus demonis insultibus, quibus demon urget morituros, resistamus. Ita Penitentiae Sacramentum, si cum requisitis dispositionibus recipiatur, in anima principium est gratiae sanctificantis, & quorundam particularium auxiliorum, quae Deus toties illi confert, quoties indiget ad finem suum obtinendum; qui finis alius non est, quam nobis novas addendi vires, ne in eadem peccata relabamur. Peccator autem, qui totum vitae suae spatium, integroque annos in iugis confessionum, lapsuque vicissitudine tradidit, proflus oppositos experitur effectus: nihil hoc infirmus est, in singula momenta in praecipis ruit, se vinci finit, quin tentationibus resistat. Quid hoc aliud cogitari potest, nisi quod proprium & particularem Penitentiae effectum, vim nempe, & auxilium, ut perseveret, nequaquam recepit? Et hoc Sacramentum illi vel nullum fuisse, vel sacrilegum, eo quod sine dispositionibus, quae necessariae sunt, illud receperit.

Generalis recidivae effectus est nobis deinceps omnem reditum spem auferre, atque arte adeo peccato agglutinare, ut illud rursus deserere, & converti petrarum aequo fit, ac perditibile. Etenim ut nova conversio fiat, duo requiruntur; ex parte Dei nova gratia, ex parte hominis nova corresponsentia. At nihil Dei gratias remoratur magis, quam recidiva, quae illas inutiliter efficit; nihilque facit, ut minus iidem efficaciam gratis, quam recidiva: ita haec duos habet effectus, qui duo magis sunt nostrae salutis obices: prior, quod

magis magisque Dei cor erga hominem indurat; posterior, quod magis magisque hominis cor indurat erga Deum.

Monimus jam hoc in argumento nihil plus quo amplificandum esse, ne peccatores in desperationem impellantur. Itaque affirmandum non est, iteratos lapsus semper certum esse mala, & sacrilege confessionis effectum; quoniam licet recipi potuerit gratia justificationis, remanet semper secreta quaedam in peccato propensio; quapropter absolute loquendo potest aliquis per contritionem, & Sacramentum justificationem recepisse gratiam, & nihilominus per fragilitatem relabi.

Ex verbis perperam intellectis S. Pauli dicitur: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & flaverunt etiam donum caeleste. . . & prolapsi sunt, rursus renovari ad penitentiam: ex his inquam verbis perperam intellectis Novatiani haerem suam commenti sunt, nolentes ad poenitentiam admitti eos, qui in idololatriam lapsi erant. Et creditit Tertullianus, inde saltem inferendum esse, non licere secundo criminis huius absolutionem illis concedere, si relapsi fuissent. Utinamque hunc errorem jure damnavit Ecclesia: nullum peccatum est, quantumvis enorme, & quantumvis scriptissime iteratum, cujus peccator agere nequeat poenitentiam; quoniam jubet Deus hanc ipsam agere, & nullum, a quo absolvendus non sit, si eandem egerit. Verba igitur S. Pauli de Baptismo intelligenda sunt, qui iterari non potest; vel secundum communem usum, per vocem illam impossibile intelligendum est id, quod vel difficillimum est, vel quod fere nunquam contingit; veluti cum apud S. Mattheum JESUS CHRISTUS impossibile esse ait, divitem salvari.

Recidivae peccatum tantum est, ac tam enorme, ut quidam Theologi affirmare non dubitarent, peccata omnia, quae per novissimam absolutionem dimissa fuerant, per recidivae nequitiam quoad culpam, & quoad poenam reverti. Alii etiam dixere, hoc recidivae crimen propter ingratitude, quam peccator committit, efficere, ut revivificat omnes poenas, quas tenuerat Deus; & hanc unam noxam mereri tantum suppliciorum quantum omnia alia, quae per confessionem fuerant deleta. Sed haec opiniones fallaces sunt exploratae a S. Thom. 3. p. qu. 46. art. 1. & seq. alique omnibus Doctoribus, qui docent, dona Dei esse sine poenitentia, ideoque peccata semel dimissa nunquam secundum propriam, & formalem essentiam reverti. Hoc dici solum potest cum Angelico Doctore, magnitudinem huius criminis defumi ex magnitudine nequitiae peccatorum, quae fuerant dimissa, & ex ingratitude, quae in illo continetur. Enim vero dici potest, peccata dimissa quodammodo per novi peccati ingratitude reverti, idque non in se ipsis, sed cum quadam specie aequipollentiae: In quantum qualitas praecedentium peccatorum invenitur in ingratitude subsequente, quemadmodum sanctus hic Doctor loquitur.

Ipsa Dei filius asserit, per recidivam peccatorem in deterius, quam ante, statum prorogere, quod significat illud verbum demonis, fortisque armati cum septem aliis spiritibus nequioribus se in locum, unde effectus fuerat, redeuntis. Secundum hanc sententiam olim fideles in quaedam lapsi peccata in publico poenitentium numero non admittentur; non quod credendum sit, post recidivam de salute ipsorum desperatum fuisse, sed quod supponebatur, peccatorem, qui post conversionem ad vomitum fuerat revertus, non nisi impotens fuisse; & divinis abuti gratias eum, qui in vere poenitentium albo id genus mortales describeret. Haec erat consuetudo cum relapsis, quippe supponebat futurum, ut prior recidiva alius quam primum exciperetur, ideoque illi fidelium communione privabantur canonico edicto.

In eadem peccata repetiti lapsus ex tribus potissimum causis oriri possunt; 1. Ex habitu pravo, qui est veluti intrinseca peccati causa illud nequius efficiens; qui enim per habitum peccati, hic non nisi per nequitiam peccat; quoniam, ut sanctus Thom. ait, vitiosus habitus ea est qualitas improba, qua non nisi quantum volumus utimur. Hinc sequitur, quod habitus peccator non est in statu absolutionis recipiendae, nisi certus sit sui consilii, velique suum habitum abjicere. 2. Recidiva oritur ex occasione proxima, quae est tamquam extrinseca causa; haec enim repraesentat tam-

Quorumdam haereticorum ob noxam hanc in se ferentem.

Quorumdam Theologorum erroris de recidiva peccatorum poenitentiam dimissio.

Sine exaggeratione dicere possumus per recidivam peccatorem necesse esse statum prioris deteriorem.

Valde recidivae causa.

objectum, ex quo tentatio proficitur; qua in re non recedendum est ab illis, quæ docuimus, cum de proxima occasione, voluntaria, vel involuntaria loquere. Recidivæ sæpe etiam per peccatoris infirmitatem, atque imbecillitatem accidunt; quamobrem dicitur vulgo, quædam esse fragilitatis peccata, quæ vel ex ignorantia, vel incuria, vel defectu considerationis, aut officiorum suorum, aut gravitatis peccati, procedunt, vel originem ducunt ex passionis vehementia, vel exteriorum objectorum sensus nostros sollicitantium illecebra. Hæc sunt infirmitatis peccata eam tantum habentia infirmitati. Confessorum igitur interest ad examen revocare, utrum hæc omnes recidivæ, quæcumque ex origine fluant, & quæcumque circumstantiis illas comitentur, efficere debeant, ut illis, qui eidem sunt obnoxii, absolutio negetur, vel differatur.

PARAGRAPHUS VI.

Delebi ex Affectibus, recentioribusque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Recidivæ procedunt ex propensione in malum, & ex habitu peccati.

Difficile est habere fidem cordi inconstanti, & quo jam fuimus decepti: immo in his iteratis lapsibus non desunt circumstantiæ quædam, quæ finalem portantur impenitentiam. Nullus dubitandi locus est, utrum gravior sit crimen in idem peccatum relabi, quam alterum æque enorme committere. Jam peccati, quod reliquimus, horrorem poenamque sentimus, illud metu, atque tumultu animam nostram replevit, jam lacrymas elicuit; oportet igitur, magnum eidem esse in cor nostrum imperium, vel luttumam esse relabentium infirmitatem. Alia criminata non nisi generali, consuetaque oculorum conspectu sumus intuiti; sed in hoc uno suam considerationem anima statuit; ideoque illius turpitudinem palam comperta esse debet, & explorata: admodum ergo induratus sit, oportet, qui in illud rursus dilabitur. Parte ex altera, ubi cor humanum cognoscitur, liquet, inveteratos habitus fere nunquam perfecte deleri; anima in hoc scelus ferebatur; studium hoc suum frequenti lapsu roboravit, confirmavitque, quomodo nam retineri poterat? Saltem magis naturale est, corruptionem hæc gliscere, quam alibi contumeliam Deo inferendarum materiam inquirere. Si peccati hujus horrorem vidisti, illius etiam dulcedinem gustasti, quæ vulgo magis moyet. Quamobrem penitentes jure infirmam hanc cordis partem, ubi jam ruina facta est, communiter pro viribus fludent; quemadmodum summa cura, ille arcis locus cementis obstruitur, qua semel hostis ingressus est. *Ex Anonymo Auctore.*

Recidivæ ostendit penitentiam veram, & sinceram non fuisse.

Cum relaberis post aliquot dies, vel hebdomadas, ex quo animum applulisti, ut temet ipsum serio convertereres, hæc dicenda non est penitentia, sed ad summum inutilis vitiorum, virtutumque vicissitudo; & dubitandi locus est, initium conversionis consilium sincerum non fuisse, quoniam adeo celeriter immutatum est. Quamtuvis inconstans sit hominis voluntas, non ita celeriter mutatur in illis, quæ animo certo vult; primæ cogitationes primum obliteranda sunt, ac sensum imminuenda desideria, antequam alia, quæ sunt opposita, concipiatur. Quid existimasset in prælium profecturus, vix urbe egressus eadem abiceret, ac domum suam revertetur? Quid de illo diceret, qui tertia post reparatam gratiam die aliquam tibi contumeliam inferret? Putares ne, in sacro illo vultu ullam sinceritatem, vel æquitatem inveniri? *Idem.*

Vulgare tantæ propensionis relabimur.

Nonnunquam in peccatum relabimur, quia nulla usi sumus diligentia, ut illud evitarem. Homo, qui naufragium passus, iterum scapham conscendit, ubi ventum eundem perflare videt, hic maris iram non timet; & qui ex morbo convalescens abstineret a cibis, quæ tantum sibi mali pepererunt, fati debet voluptatis, quam venter utinam amorem in se magis valere. Videre vellet objectum, quod cupiditatem accendit, ac velle videre illud, quin aliquid inde mali consequatur: dicere, amorem in amicitiam converti, ne id quidem est semet ipsum decipere. Scelus inopinatus habet reditus; amici nomen sensum obliivioni traditur, eique amantissimus subjicitur. Objectum, quod amas, cum pudorem tuum supe-

rare non poterit artibus; officiique suis, vult saltem sub alio nomine te propius retinere, sperans futurum, ut cor, quod non æque semper invigilat tibi, ex semet ipso ruat, eaque adfuit momenta, quibus offerat ultro, quod ante tenebat. Hoc pacto vitium dissimulatur, non corrigatur. *Idem.*

Cum sine dolore, aut modica adhibita resistentia relabimur, finali impenitentia proximi sumus. Qui in peccatum per infirmitatem recidunt, illuc non nisi ægre relabuntur, tentatio illos trahat opus est: sibi met ipsis prælium inferunt; peccatum dimidiatum tantummodo patrant; non nisi trepidantes illi consentiunt; ob infidelitatem suam rubore suffunduntur; voluptas ipsa dolorem immiscet; hanc etiam exprobrant sibi, conatus exerunt, ut inde emergant, utque revertantur ad Deum, cum interim alii fere nunquam hæreant, & quamtuvis crimen suum nunquam malorum omnium maximum fuerint exccrati, illud tamen sine fine, ac repugnantia patrare non cessant. Hujus characteris recidiva manifestum indicium est; relapsus in finem utque in scelere perseveraturum. *Idem.*

Id, quod S. Petrus, dixisti, idem, quod ille, pollicitus es Dei viventis Ministris, ipsum Deo: *Etiamsi oportuerit me mori.* Matth. 26. Uti que Domine, licet jam hoc mihi ægerbum sit; licet vitia ipsa effundenda esset mihi, me tamen semper constantem, semperque legi tuæ adhaerentem reperies. Præteritum me pudet; illud lacrymis profectus sum, & profector. Sed parce mihi, o Deus, & futurum tantummodo respice; non te negabo. Sinceræ promissiones, promissiones, quas acerrimi penitentia sensus comitantur, promissiones illius iteratæ, promissiones, quæ consensuam replent consolatione. Has ille audit, Deoque gratias agit sed post hæc si cum hac promissionem sinceritatem, dolorisque magnitudine, in occasionem te pertrahit finis, vel temet ipsum implicat, te castrum non esse, affirmare non possum. Cades: *at ille negavit.* Iterum, iterumque rursus relaberis, & lapsus semper erit gravior: *at ille iterum negavit.* P. Giroussi, *sermone de Recidiva, qui in Quadragesima illis potremus est.*

Eger, rursus morbo implicatus, difficilis convalescit, & ratio est, quia recidiva omne illius temperamentum everit, omnes corporis dispositiones immutat, ac illud ita prægravat, ut tandem cedere tenetur. Hoc ipsum in animæ morbis experimus. Videmus homines ita suis cupiditatibus addictos, ita libidinibus suis mancipatos, ut nihil eos excitare, & commovere possit. Quænam tibi remedia proficient? Num acres exprobrationes, quibus illos corripies? At nihil dices, quod non audierunt, cum ad Deum reverti sunt: at tamen licet hæc audierint omnia, sorumque præsentis ob oculos eorum recordatio veritatem, relapsi sunt. Num ideo judiciorum Dei, qui illis ad vivum describit? At non alter hæc illi exhibebis, ac ipsi ea animo conceperunt, cum eorum intuitu deterriti ad penitentiam confugerant: at tamen illi terrores prohibere non poterunt quominus relaberentur. Numquid magnum salutis suæ negotium, quod illis ob oculos statueret conaberis divinæ promissiones, quas exhibebis, amor Dei, quem illis inspirare studebis? At quid in his erit, quod ipsi in superiori conversatione non viderint? Attamen, licet hæc omnia cognoscerent, relapsi sunt. Hæc igitur in illis nullam amplius vim habent. His jam affueverunt; hæc voces sunt, quæ eorum aures quidem pulsant, sed cor ipsum non penetrant: non secus ac aliquando corpus ita pharmacis assuescit, ut hæc in eodem ulterius agere nequeant. *Idem.*

Contra peccatorem relapsus terribilem sane profert propositionem S. Petrus Apostolus, melius homini futurum fuisse nunquam cognovisse veritatem, quam semel cognitam abrenunciare; numquam aperuisse oculos, quam semel apertos claudere; nunquam in salutis viam ingressum fuisse, quam semel ingressum ab eadem recedere. Mirum sane verbum! Quem in statum redactus esse auditor? Cur non semper viam eandem secutus es, semper peccator, semper Dei inimicus? Hæc pro te vota nuncupare cogimur; perseverantia in peccato, pertinax perseverantia magis quammodo opanda, quam inutilis, & inconstans nescitæ vitæ interruptio; & ratio conat. Vel enim penitentia vestra falsa est, atque tunc habitualis

Recidiva sine dolore indicio est, ut in finem utque in scelere perseveraturum.

Peccator, qui relabitur, difficilius convertitur.

Dei contemptus in recidiva magis nocet, magisque formidabilis, quam in primo peccato.

Prestitisse peccatorem in statu priori permansisse, quam in illud post penitentiam reverti.

scelerum habitui additur sacrilegium: vel sincera vera, & perfecta fuerit, utrum propositum constans, ac firmum, ideoque ex necessaria illatione, utrum penitentia valida fuerit, an chimerica, & fallax, fides enim nobis proponit tanquam certissimum articulum, dolorem nunc essentialem esse hujus Sacramenti partem, sine qua nullum est. Quicunque autem incessanter ad idem revertitur scelus, nonne magis, quam probabiliter videt, omnem hanc protestationem seriem, qua sibi met ipsi hanc statim demulavit, nihil esse, nisi simulationes quasdam, mensuras velleitates? Numquid hominis voluntas duas habet agendi rationes, ejus consilia nunquid sunt diversæ naturæ? Video eum de mundi hujus bonis agitur, nullam rem efficiere posse, ut ad id, quod semel reliqueramus, illico revertatur. Ullane ratio nos cogit, ut nos a quibusdam rebus arceamus, illas horreamus, & excremur? Nescimus, quid sit, illas postid tempore amare, easque consecrari; consilium jam captum est, ac stat jam animo sententia, illas esse desiderandas. Hoc satis est; frustra nos urget amicus, & petit, ut aliquantulum sibi met indulgeamus, frustra voluptas sensus nostros palpat, frustra eadem ratio ex nobis sæpe contrarium videtur exire. Amicus, voluptas, ratio, animus, qui ita aliquid decrevit, quare nequeat. Peccator igitur eandem præsteterit constantiam; igitur se te victum non dederit illecebri peccati, quas fallacibus, fluxaque cognovit; igitur id, quod nuper damnavit, tanto ardore nequaquam consecraretur, & hæc aduam adeo oppositorum commixtio, lumina hæc adeo contraria ignota essent, si sincerum, verumque captum fuisset consilium relinquendi peccatum, hic detestatio, integra fuisset, & qualem Sacramentum hoc exigebat. *Ex manuscripto sermone Patris Stephani Chamillard de Recidiva.*

Relapsus peccator intelligit dolorem peccati non fuisse sincerum.

Dei contemptus in recidiva magis nocet, magisque formidabilis, quam in primo peccato.

Recidiva in signum erga Deum contemptum est.

quior est ingratitude, per quem illius obliuisceris. Quodnam autem majus beneficium, quam justitiam, & innocentiam; quam tibi reddidit Deus, cum ad scelera tuorum aspectum commotus ad Sacerdotis pedes accessisti, ut illa imbre lacrymarum elueres, lateris, exccrateris? Revoca in mentem, quas tibi tunc large, effuseque gratias contuleris: antequam scelera tuorum veniam obtineres, filius eras iræ; omne jus amisisti ad spem haurim promissionum. Heu! Calamitas tua esse ne potest magis terribilis? Sed huic deplorabili criminis statum felicem oppone statum, in quo sacramento tui felicem constituerat: factus es Filius Dei, hæres regni illius, dignum objectum, in quo ille sibi placeat, & anima tua justitia, & puritate honore decorata facta est templum Spiritus sancti. Post hæc autem oblitus benefactoris tui, omniumque beneficiorum ejus, eum iterum ledis, & provocas. Numquid majus fingi potest ingratitudeis monstrum? *P. Massillon tom. 3. sermone de Recidiva.*

Vis intelligere nequitiam, & enormitatem recidivæ? Hæc est reverti ad vomitum, quemadmodum Scriptura narrat; speciosas retractate promissiones, quas feceras Deo; ad arma rursus concurrere, & post pacem solemniter sanctam, juramentum, & post pacem indicere, & penitentiam suam, ut quæque bellum indicere, & panitere. Ita cum ad scelus tuum revertis, Domino dicit, resume tibi gratias tuas, ego vero meas cupiditates retineam; obliuiscere penitentiam, ac pro illationem meam, quarum ego jam oblitus sum: resume beneficia tua, & ego veterem quoque vivendi rationem resumam. Verbo, in scelus relabi, est mentiri, quiddam in sacro penitentia tribunali pollicitus fueras, est erubescere, quod criminum tuorum rubore fueras suffusus, est palam profiteri, quiddam feceras penitentiam situm, nonaque suscipiens, per jocum, & derisionem te a factum fuisse. *Idem.*

Relabentis peccatoris ingratitude addere perfidiam; hic enim peccator foedus ad aras contractum concultat; solemnem promissionem in templo factam, & per ea, quæ in religione augustissima sunt, confirmatam antiquat; juramenta, quæ inter manus ministrorum Jesu Christi fecerat, prodit, & ejurat. His autem juramentis prætere nequit ignorantiam; sciebat ille, ad quod se se jurejurando adigeret; nihil fecit, quod illum non docuerit religio: illis neque violentia alia prætere potest; ultro ipse ad aras accessit; ultro ipse, motu proprio hæc promiserat, sibi que gratiam fieri putabat; si harum misericordiarum particeps fieret: post omnes hæc protestationes, juramenta, promissiones, revocat ea, quæ dixit, & profus oppositum facit eorum, quæ pollicitus fuit. Heu! Quam igitur redit cæcitas tua! Religiosus es usque ad scrupulum in promissione, in juramento, in verbo, quo te aliquid mundo facturum recipis; cum vero agitur de fide præstanda Deo te tuæ perfidiam non pudet? *Idem.*

Per te mihi liceat ante oculos tuos beatos illos revocare dies, quibus ad sacrorum tribunalium pedes provolutus temet de sceleribus tuis accusasti. Quomodo tibi professus te super omnia Deum amatorem esse, uni illi famularum, nil aliud, nisi ut illi placeas, quaerendum, atque voti illius obtemperatum? Quot pro futuro tempore juramenta! Quisnam pro præsentis fervor! Quis pro præterito dolor! Quæ penitentia, quod adeo sero incepisti, & illum, uti oportebat, non amasti! Postquam autem a Sacerdotis pedibus recessisti, nonne exurebanti lætitiæ interioris impetu dixisti, hoc gratia, ac penitentia momento nullum aliud tibi in vita tua beatus contigisse; te nunquam in voluptatibus pari dulcedine fuisse perfusum; te nunquam felicem futurum fuisse sine Dei gratia, quam nuper es consecutus? Tertullianus ait, *et dijudicatio pronuntiavit, qui utrumque cognoverit, cum esse meliorem, cuius se vultum esse maluerit.* *Idem.*

Peccator, qui postquam cum Deo rediit in gratiam, ad pristina redit flagitia, non solum ingratus est, sed ingratitude ejus circumstantiæ turpillimæ sunt. Insignis obliuiscitur beneficii; fidem, & ea, quæ in sanctis locis promiserat, revocat, benefactorem suum in ipso beneficio contemnit, & sacratissimum gratiarum fontem profanat: omnes hæc circumstantiæ notandæ sunt. Quo majus fuerat tibi collatum beneficium, eo turpius, & nefandius. *Idem.*

Per recidivæ peccatum retractant promissiones Deo factas.

In peccatum relapsus ingratitude addit perfidiam.